Marbio 27 (86)

INNOCENTIUS PP. XI.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Dilecte fili salutem et Apostolicam benedictionem. Religionis zelus vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus apud Nos fidedigno commendaris testimonio Nos inducunt ut te specialibus favoribus et gratijs prosequamur. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecisti tu qui (ut asseris) in Sacro diaconatus ordine constitutus existis fervore devotionis accensus ad reliquum Sacrum presbyteratus ordinem quantocitius promoveri summopere desideres: Nos te praemissorum meritorum tuorum intuitu specialibus favoribus et gratijs prosequi volentes et a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti alijsque ecclesiasticis sententijs censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Tecum ut si et quando tredecim menses tantum tibi de aetate ad id a Sacro Concilio Tridentino requisita defecerint defectu huiusmodi non obstante si nullum aliud canonicum tibi obstet impedimentum et dummodo tu ad id reperiaris idoneus servatisque alias servandis ad dictum Sacrum presbyteratus ordinem de superiorum tuorum licentia promoveri et promotus in illo etiam in altaris ministerio ministrare libere et licite valeas auctoritate Apostolica tenore praesentium dispensamus. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXI. februarij MDCLXXIX. Pontificatus Nostri Anno Tertio

J. F. Slusius

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1876792531-14/fragment/page=0001
DFG

1679 21 Febbr.

Dilecto filio Ioanni Michaeli Hyacintho
Crisi ordinis fratrum Praedicatorum professori

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 27 (86)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1876792531-14/fragment/page=0002